

ANNO. MDCCCLVIII

d. 1. Julij

A Comitibus Consularibus, in anno 1756, feliciter, omniq; inquietis publica suspicione longe remota, habitis, duorum mensium spatium nondum erat completum, cum eodem anno, occasione Belli inter Imperatricem Romano Germanicam et Regem Borussiae cumq; Electorem Brandenburgicum, concitatis, haec nostra Civitas, nocturno tempore Diei 29. ad 30. Augusti mensis, ab equitibus celerrimis, vulgo dictis Husaris, ex Legione Praefecti equitum Borussiae cum Dni de Puttkamer, occuparetur, qui vero, mandato Praefecti Peditum, de Lestwitz, Legioni pedestri, dicta de Brandes, urbem intranti, hac tradita, circa Meridiem Diei 30. Augusti, iter Budissinam faciebant Tristissimum illud Fatum, quod, hoc bello afficiebantur Regiones Saxonicae, et quomodo haec Die 29 et 30. Augusti. a. ex omnibus undequaq; Locis, uno impetu inundabantur, satis constat, ulcraq; tot tantarumq; pensionum pabulorum et esulentorum nondum est oblivioni relictum, neq; minus, univere Terrarum Orbi satis notum est, iratissimum illud Fatum, quod Militiae Saxonicae Cohortes, in Castris ad urbem Pirna, positis, nullo a Rege Borussiae Electore Brandenburgico, remissionis Poloniarum Regi et Electori Saxoniae bello, antea indicto, persequebatur, quasq; duras conditiones Militiae Saxonicae iure cogebantur adhuc in omnium Memoria versatur. Nec omnittenda est illa Coactio Regi et Electori Saxon. Dni nostro clementissimo, influcta, terris Saxonicae et subditis fidelissimis, ultimum quasi Vale dicere et infortium se recipere, quod factam omnes fideles subditi adhuc gemunt. Posteaquam vero Theatrum belli defuerat esse hoc nostro Marggra. viante, et aliqua illi quies data videbatur vera.